



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Eleemosyna danda est quadrupliciter, ut sit recta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

**Isyd.** nam proculdubio facit. Idem. Doctrina donum eleemosyna est. Numquam bonæ uoluntatis præbendo. **Vnde**  
**Grego.** Gregorius. Nunquam manus ante Dei oculos erit uacua à munere, si recta cordis erit plena bona uoluntate. Et **Chrisost.** Voluntas facit opus remunerabile, non opus uoluntatem. Quarto, temporalia distribuendo.  
**Isa. 58.** Vnde **Isaias.** Frange esurienti panem tuum; &c. Multæ extant de hoc actoritates scripturæ sacræ, quas alibi uidere poteris, si uolueris.

*Eleemosyna danda est quadrupliciter, ut sit recta.*

**P**rimo, ordinatè, uidelicet, ut homo prius sui misereatur. **Vnde** de **P. Augustinus.** Qui uult ordinatè dare eleemosynam, à seipso debet incipere. **Ecclesiasticus.** Misere re animæ tuæ placens deo. **Secundo,** cum festinatione. **Prou. 3.** Ne dicas amico tuo, uade & reuere, & cras scilicet postea dabo tibi, &c. **Et Ecclesiasticus.** Cor inopis ne afflixeris, & non perturbes datum angustianti. **Et Isidorus** ait; quod cum tædio datur, præcedem perdit. **Et pater Augustinus.**

Qui dat ut careat tēdio interpellantis, non ut reficiat uiscera indigentis, & rem, & meritum perdit. Tertio cum hilaritate. Nam hilarē datorem (ait Paulus) diligit Deus. Tunc bene igitur tribuitur quando cum hilaritate datur. Propterea dicebat Dauid. Voluntariē sacrificabo tibi. D. Bernardus. Iustus iudex Deus, non modo quid fiat, sed quo animo fiat considerat. Quarto, cum sermonis dulcedine. Ecclesiast. 4. Declina pauperi sine tristitia aurem, & responde ei cum pacifica mansuetudine. Vnde Glossa. Non per iram exasperandus est pauper sed blanda locutione placandus. Ecclesiast. 4. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Quinto additur quòd eleemosyna danda est cū bona intentione, idest non amore mūdi, sed dei tantum facienda est. Nam Deus animum magis, quàm munus datum intuetur, & prorsus mundi iactantiam, uanitatem, & amorem abhorret. propterea dicebat saluator. Te aut faciente eleemosynam sinistra tua, quid faciat dextera nesciat, &c. Corrigitur humanum deus pensando, non quantum muneris, sed quanto amore fiat respicit. hoc modo ad Abel respexit, & postea ad munera.

2. Co, 6.

Psal. 53

Bern.

Ecc1, 4.

Glossa.

Ecc1, 4.

Mat, 6.

**Beda,** eius. Vnde Beda . Non quantitatem muneris pensat Deus , sed deuotionem cordis . Et Isidorus . Quod enim affectu bono dispensatur , hoc accipit Deus .

*Ebrietas fugienda est propter duo.*

**Eph. 5.** **P**rimo, quia scriptura docet. Dicebat Paulus . Nolite inebriari uino in quo est luxuria . Et Saluator noster . Attendite ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate . Secundo propter mala , quæ ex ebrietate oriuntur , quæ sunt quatuor . Primum est , quia bona natura exterminat . Vnde Pater Augustinus . Ebrietas aufert memoriam , inuoluit linguam , corrumpit sanguinem , omnia membra debilitat , uitam diminuit , & omnem salutem exterminat . **Beda,** Immoderatus austus uini interioris , & exterioris uisus ingerit cecitatem . **Tullius** Quin potius mente recta ( ait Tullius ) uti non potest , multo cibo , & potatione repletus . Secundo , quia omnia uitia hominem incuruat . **Galien.** ebriosus ( ait Galienus ) seruus est omnium uitiorum . Tertium , quia sepe **Ecc. 31** discordias generat , & guerras .